aduersetur, excessúsne, an defectus. Nam quibusdam medietatibus defectus opponitur, vt nonnullis excessus: sicut fortitudini, neutiquam excessus existens audacia, sed quæ defectus est timiditas: temperantiæ verò quæ est medietas inter intemperantiam, & stuporem illum qui est ab omni sensu voluptatis alienus, non videtur stupori iste esse contrarius, in quo est parũ: sed intẽperãtia, in qua est nimiũ. Sũt nimirum vtraque tam excessus, quàm defectus, medietati opposita. Medietas siquidem, excessu inferior, sed defectu superior. Ideo etiam prodigi, liberales esse illiberales aiunt: contrà illiberales, liberales prodigos vocant. Audaces verò & petulantes, fortes nominant timidos: vt timidi, fortes, petulantes & furibundos dicendos putant. Duabus itaque de causis duxerimus medietati opponendum esse excessum, atque defectum: quippe vel è re ipsa licet nobis considerare, vtrum potius extremorum ad medium propius accedat: vt propinquiórne liberalitati sit prodigalitas, an auaritia: nam propius sanè abest liberalitas à profusione opum, quàm à sordibus & auaritia, longius ergo abest *abea* auaritia. Atqui à medio quæ magis absunt magis opposita meritò existimentur, E re itaque ipsa, defectum magis opponi apparet. Est etiam & aliter, vt ad quæ naturam magis pronam habemus, ea medio sint magis contraria: velut ad intemperantiam nati suntus proniores, quàm modestiam & id quod decet: potius igitur illa incrementum capiunt, ad quæ sumus proniores, quæ autem facilius incrementum capiunt, sunt magis contraria. Atqui proniores ad intemperantiam sumus, quàm ad modestiã & temperãtiam, magis ergo excessus medietati contrarius. Intemperantia siquidem temperantiæ est excessus. Quid ergo sit virtus, hinc nobis liceret intueri: medietas siquidem affectuum quædã esse videtur. Proinde qui velit moribus compositis & laude dignis esse, ei affectuum medietas est quęuis quærenda: & proinde probum esse, operosum, atque difficile est. Quandoquidem in vnoquoque medium capere, operosum est: velut circulum describere, cuiuis obuium est: at in ipso medium capere, arduũ. Itidẽ & excandescere quidem facile, necnõ contrarium huic: at mediocriter se habere, arduum. Omnino autem in quauis perturbatione est videre id quod mediũ ambiat esse facile: medium verò vnde laudamur, arduum: ideo etiam rarũ est quod probum.

A ἢ ὑπερβολὴ, ἢ ἔνδεια. ἐνίαις μὲν γὰρ μεσότησιν ἔνδεια ἐναντίον, ἐνίαις δὲ ὑπερβολή· οἷον, ἀνδρία μὲν οὐχὶ θρασύτης ὑπερβολὴ οὖσα, ἀλλ' ἡ δειλία ἔνδεια οὖσα. τῇ δὲ σωφροσύνῃ μεσότητι οὔσῃ ἀκολασία καὶ ἀναιδησία τῆς τοῦ ἡδονᾶς, οὐ δοκεῖ ἐναντίον εἶναι ἡ ἀναιδησία, ἔνδεια οὖσα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία, οὖσα ὑπερβολή. ἔστι δ' ἀμφότερα ἐναντία τῇ B μεσότητι, καὶ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔνδεια. ἡ γὰρ μεσότης, τῆς μὲν ὑπερβολῆς ἐνδεέστερον, τῆς δ' ἐνδείας ὑπερβάλλον· διὸ καὶ οἱ μὲν ἄσωτοι, τοὺς ἐλευθερίους ἀνελευθερίους φασὶν εἶναι· οἱ δ' ἀνελευθέριοι, τοὺς ἐλευθερίους ἀσώτους. καὶ οἱ μὲν θρασεῖς καὶ θρασυτῆς, τοὺς ἀνδρείους καλοῦσι δειλοί· οἱ δὲ δειλοὶ, τοὺς ἀνδρείους θρασυτῆς καὶ μαινομένους. διὰ δύο αἰτίας δόξομεν ἀντιτιθέναι τῇ μεσότητι τὴν ὑπερ- C βολὴν, καὶ τὴν ἔνδειαν. ἢ γὰρ ἐξ αὐτῶν τοῦ πράγματος σκοποῦσι πότερον ἐγγύτερόν ἐστι τοῦ μέσου, ἢ πορρώτερον· οἷον ἐλευθεριότητι, πότερον ἀσωτία ἢ ἀνελευθερία πορρώτερον. μᾶλλον γὰρ ἂν δόξειεν ἡ ἐλευθεριότης ἀσωτία ἢ ἀνελευθερία. πορρώτερον ἄρα ἡ ἀνελευθερία. τὰ δὲ πλεῖον ἀπέχοντα τοῦ μέσου, ἐναντιώτερα δόξειεν ἂν εἶναι. ἐκ τοῦ ἄρα αὐτῶν τοῦ πράγματος, ἡ ἔνδεια ἐναντιώτερον φαίνεται. ἔστι δὲ καὶ D ὅλως· οἷς, πρὸς ἃ μᾶλλον πεφύκαμεν, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τοῦ μέσου· οἷς, πεφύκαμεν μᾶλλον ἀκόλαστοι ἢ κόσμιοι εἶναι· ἡ οὖν ὁπόδοσις γίνεται μᾶλλον πρὸς ἃ πεφύκαμεν. πρὸς ἃ δὲ μᾶλλον ὁπιδίδομεν, ταῦτα καὶ μᾶλλον ἐναντία. ὁπιδίδομεν δὲ πρὸς ἀκολασίαν μᾶλλον ἢ κοσμιότητα· ὡς ἐναν- E τιώτερον ἂν εἴη ὑπερβολὴ ἢ μεσότης· ἡ γὰρ ἀκολασία, ὑπερβολὴ σωφροσύνης. τί μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ, ὁπισκεπτέον. μεσότης γὰρ δοκεῖ τις εἶναι ἡ παθῶν. ὥστε δοκεῖ ἂν τὴν μέλλοντα καλὴν τὸ ἦθος ἀδοκιμάσειν, ἡ μεσότητα τῶν παθῶν ἑκάστου διατηρεῖν· διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ παντὸς δοῦναι τὸν εὖ ἐκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν ἔργον· οἷον κύκλου μὲν γράψαι, παντός ἐστι· τὸ δὲ μέσον τὸ ἐν αὐτῷ οὐκ λαβεῖν, χαλεπόν. ὁμοίως δὲ ὀργισθῆναι μὲν ῥᾴδιον, καὶ τὸ ἐναντίον· τὸ δὲ μέσως ἔχειν, χαλεπόν. ἁπλῶς δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν παθῶν ἐστιν ἰδεῖν, ὅπερ τὸ ἐμπεριέχον τὸ μέσον, ῥᾴδιόν ἐστι· τὸ δὲ μέσον, χαλεπόν, καθ' ὃ ἐπαινούμεθα· διὸ καὶ σπάνιον τὸ σπουδαῖον.

ὅπερ